

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6719

**Autre(s) référence(s) :** Round 613

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Falaise, Saint-Jean (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1157

**Lieu d'émission :** Falaise

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Jean de Falaise.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XXXV, t. 1, p. 137-138.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 613.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 137.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi et episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus et omnibus filiis sanct# ecclesi# per Angliam et Normanniam constitut#, salutem.

Sciatis quoniam ego Henricus, divina miseratione rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, pro salute animarum patris et matris mee et parentum et filiorum meorum, et pro remissione peccatorum meorum, pro statu quoque et incolumitate regni mei, dedi et concessi in elemosinam perpetuam Deo et #cclesi# Sancti Johannis Baptist# de hospitali Falesi#, cujus fundator Gunfridus extitit, et clericis in ea Deo secundum regulam beati Augustini servientibus, ad usum eorum et pauperum Christi quos in illo hospitali susceperint, molendina mea de Falesia qu# Gunfridus fecit, et terram ferie, et tantum nemoris Guferni apud Argentomum, quantum eis ad ignem proprium et ad domorum #dificationem suffecerit, et unam feriam per annum ad festum Sancti Michaelis cum passagio, qu# tribus diebus ante festum incipiat et post festum tribus diebus duret, ad consuetudinem me# ferie in festo Sancti Gervasii, soluta et quieta, infra castellum Falesi# et extra, et in eundo

et in redeundo, et capellam de Vilers, et terram quam Hugo de Merlaio et Gwillelmus de Gretemeinnil et alii probi homines illius ville in elemosinam eisdem contulerunt, et terram plantationis quam Rog[erus] de Molbraio et Philipus de Basochis et Fulco frater ejus ipsis in elemosinam dederunt, et ecclesiam de Couvirinno, et terram ab Erveiso Ariete et Willelmo filio ejus ibidem eis in elemosinam collatam, et terras et domos Willelmi Broldi fratris nostri et uxoris ejus apud Falesiam et Condeium, et terram Willelmi de Maigneio, quam eis in elemosinam dedit. Et preterea concedo et confirmo eisdem totam terram et domos et furnum, et omnes redditus et res, cujuscumque sint generis, quas Gunfridus eis dedit et concessit in villa Falesie et Normannia, et omnia que ille vel alter quicumque sit legaliter eis dedit vel in futuro dederit in aliquo tempore. Ego vero prefatam ecclesiam et hospitale et illos fratres meos in custodia et propria manu regie protectionis conservans, tanquam meam elemosinam propriam eos et omnes eorum possessiones et res presentes et futuras, quietas et solutas a teloneo et passagio et pasnagio, et omni consuetudine et querela et occasionibus, et omnibus exactionibus nunc et in sempiternum statuo. Et ut hec omnia, ut supra memoratum est, illis quiete et integre perdurent regia auctoritate concedo et a Deo mihi collata potestate precipio, collaudata omnium subscriptorum consilio.

Testibus : Philippo episcopo Baiocensi, Ernulfo episcopo Luxoviarum, Girardo episcopo Sag[iensi], Rotro episcopo Ebroicensi, Thomas cancell[arius], Ricardo conest[abulario], Garino Filio Geroldi, Maneser Biset, Roberto de Novo Burgo, Ricardo de Luceio, Henrico de Pomeria, Willelmo Patric[io], Roberto de Curceio, Willelmo de Angerivilla.

Apud Falesiam, anno ab Incarnatione dominica M°.C.L.VII. In Christo consummatum, feliciter.